

giae, praefatorum Regnorum Nostrorum Dalmatiae, Croatiae & Slavoniae Officio Banali vacante, Comite Stephano de Chyak Tavernicorum, Comite Nicolao a Zrinio Agazonum, Comite Georgio Erdödy de Monyorokerek Cubiculariorum, Comite Ladislao de praenotata Chyak Janitorum, Comite Adamo de Battyan Dapyferorum, Comite Adamo Forgach de Ghymes Pincernarum, Comite Francisco Nadasd Curiae Nostrae Regalium in Hungaria Magistris, ac dicto Comite Paulo Palfy de praelibata Erdeöd Comite Poseniensis, caeterisque quamplurimis Regni Nostri Hungariae Comitatus tenentibus & Honorés.

Ferdinandus m. p.

Georgius Szelepcheny m. p.

Electus Episcopus Vesprimiensis.

Georgius Orozy m. p.

(Locus Sigilli Regii in zona crassiore sericea pendentis.)

Tenor Indorsationis:

Anno Domini Millesimo Octingentesimo Tertio, Die vero Decima Mensis May, sub decursu videlicet Judiciorum Sedrialium. Praesentem Copiam coram considente eotum Sede Judiciaria cum vero et genuino Originali suo de verbo ad verbum collatam eidem, additis marginaliter quidem „omnique conditionario Nexu et Jugo Servitutis“ interlinealiter vero „Janitorum“ ac tandem vocibus „Haeredibus impendenti, convocatis, Gerloich „Hoszuthoty“ correctis per omnia conformem esse recognosco et attestor. Signatum Crisii Anno, Die et Mense quibus supra. Lucas Nemchich Inclyti Comitatus Crisiensis juratus Vicenotarius m. p. Considentibus Nobis Petro Svagell m. p. Vice-Archidiacono et Parocho Crisiensi, Sedriae Assessore, Joanne Bolla Eiusdem I. Comitatus Sedis Judiciariae Assessore, Georgio Lukinich m. p. I. Comitatus Crisiensis Sedis Judiciariae Assessore, Josepho Kardoss antelati Comitatus Distr. Judium m. p., Emerico Voynovechky aliter Zokach de Voynovcz I. Comitatus Crisiensis Fiscali Magistratuali m. p., Josepho Mrachich I. Comitatus Crisiensis Sub-Vicecomite m. p.

Ex duobus transumptis, uno in Libro Donationum Regiarum Saecularium in Archivo Regni Croatiae, et altero apud Advocatum M. Mrazović asservato, excerptum.